

Homil. 66. d. CHRYS. in Hom. Donec Christi sententia incerta erat, non tribuatur alij discipuli: sed tunc tristati sunt quando eos increpauit. vnde dicitur: Et audientes x. indignati sunt, de duobus fratribus. HIERO. Non ad mulieris audaciam referunt postulantis: sed ad filios, quod ignorantes mensuram suam, non modica cupiditate exarserunt. CHRYS. in Ho. Intellexerunt enim, quia hac peritio discipulorum fuit quando eos dominus increpauit. Quando autem eos a Domino prahonoratos viderunt in trasfiguratioe, & si secundum mentem dolebant, in medium efferre non audebant honoratos dicere. CHRYS. super Mattha. Sicut autem duo carnaliter petierunt: ita & iocarnaliter tristati sunt. nam velle quidem esse super omnes vituperabile est, sustinere autem alium super se minus est gloriosum. HIERO. Humilis autem magister & mitis nec cupiditatis duos arguit postulantes, nec iocarnaliter indignationis increpat & liuoris. vnde sequitur: Iesus autem vocauit eos ad se. CHRYS. in Hom. Quia enim turbati erant, vocacione eos consolatur, de propinquo eis loquendo. etenim duo a societate iocarnaliter separantes propius stabant, scorsum domino loquentes: non tamen sicut prius pueros in medium ducentes eos consolatur: sed a contrario inferuit dicens, Scitis quia principes gentium dominantur eorum. ORIG. idest non contenti tantum regere suos subiectos: sed violenter eis dominari nituntur, inter vos autem, qui estis mei, non erunt hac quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, spiritalia autem in voluntate, & qui principes sunt spiritalia, principatus eorum in dilectione subditorum debet esse positus, no in timore corporali. CHRYS. in Ho. Ostendit autem in hoc, quod gentium est primatus cupere, & sic gentium comparacione eorum animam astutem conuertit. CHRYS. super Mattha. Et opus quidem desiderare bonum, bonum est, quia nostra voluntatis est, & nostra est merces primatus autem honoris concupiscere vanitas est: hoc enim consequi iudicium Dei est, propter quod ex primatu honoris neci scimus si mercedem iustitiae mereamur. Neque enim Apostolus laudem habebit apud Deum, quia Apostolus fuit: sed si opus Apostolatus sui bene impleuit, nec Apostolus pro merito suo antecedenti honoratus est, vt esse Apostolus, sed ad hoc ministerium apertus est iudicatus, secundum motum animae suae. Primatus est fugientis se desiderat, & desiderantem se horret: conuersatio ergo melior desideranda est, non dignior gradus. Volens ergo dominus, duorum fratrum Zebedaei, & aliorum indignationem extinguere, introducit differentiam inter principes mundiales & Ecclesiasticos, ostendens quia primatus in Christo, nec ab aliquo appetendus est non habente, nec alteri inuidendus est habenti, quia principes mundi, ideo sunt, vt dominentur minoribus suis, & eos seruituti subiiciant & expolient, & vsque ad mortem eis vtantur ad suam vtilitatem & gloriam. Principes autem Ecclesiae sunt, vt seruiant minoribus suis, & ministrent eis, quacumque acceperunt a Christo, vt suas vtilitates negligant, & illorum procurant, & mori non recusat, pro salute inferiorum. Primatus ergo Ecclesiae concupiscere, neque iustum est neque vtile. Nullus sapiens vult vltro se subicere seruituti & periculo tali, vt det rationem pro omni Ecclesia: nisi forte qui non timet Dei iudicium, abutens primatu suo Ecclesiastico saeculariter, ita vt conuertat illum in saecularem. HIERO. Denique sui proponit exemplum, vt si dicta parui penderent erubescerent ad opera. vnde subdit: Sicut filius hominis, non venit ministrari sed ministrare. ORIG. Nam & si Angeli, & Martha ministraverunt ei, tamen non ideo venit vt ministraret sed vt ministraret, & tantum creuit ministrans, vt impleretur quod sequitur. Et daret animam suam redemptionem pro multis, s. qui crederent in eum, daret inquam in mortem. Sed quoniam solus erat inter mortuos liber, & fortior omni potestate mortis, omnes sequi se volentes liberauit a morte. Ecclesiarum ergo principes imitari debet Christum accessibilem, & mulieribus loquentem, & pueris manus imponentem, & discipulis pedes lauantes, vt ipsi similes faciant fratribus. Nos autem tales sumus, vt etiam principum mundi excedere videamur super biam, vel non intelligentes & contemnentis mandatum Christi, & querimus sicut reges acies precedentes, & terribiles nos & excessu dures maxime pauperibus exhibemus, nullam affabilitatem habentes, vel habere ad nos permittentes. CHRYS. in Ho.

F Quancumq; ergo te humiliaueris, non poteris tantum descendere, quantum dominus tuus. e. CHRYSO. super Mattha. Sicut testimonium studiosi agricolae est messis facta: ita assidui doctoris est prae dicando Ecclesia plena. vnde & hoc dicitur: Et egredientibus illis ab Hierico secuta est eum turba multa. Neminem labor, itineris impedit, quia amor spiritus fatigationem non sentit. Neminem passonum suarum recordatio retrahit, quia ingrediebant in possessionem regni caelestis. Vere enim non habet super terram quod amet, qui bonum caeleste in veritate gustauit. Opportune autem oblata sunt, ante facie Christi duo caeci, vt aperti oculis quasi testes virtutis ascenderent cum eo in Hierusalem. vnde sequitur: Et ecce duo caeci. Hi curritum strepitum audiebant, & personas non videbant, nihil solum habentes de toto corpore nisi vocem. Et ideo, quia pedibus eum sequi non poterant, voce sequebantur. vnde dicitur: Audi, quia Iesus transiit & clamauit: Domine miserere nobis fili David. AVGV. de Con. Euan. Hoc autem factum Marcus commemorat: sed de vno caeco factum. Quae ita soluitur questio. nam duorum caecorum quos Matthaus interposuit, vnum fuisse in illa ciuitate famosissimum, ex hoc factis apparet, quod & nomen eius, & patris eius Marcus commemorauit. Barthimaeus enim Timei filius ex aliqua magna felicitate deiectionis notissime fuit, qui non solum caecus, verum etiam mendicus sedebat. Hinc est ergo, quod ipsum solum voluit commemorare Marcus, cuius illuminatio tam clarum famam, huic miraculo comparauit, quam erat illius nota calamitas. Lucas vero quamuis omnino eodem modo factum: tamen in alio caeco intelligendus est par commemorare miraculum. Ille quippe hoc factum dicit, cum appropinquaret Hierico: alij cum egrederetur ab Hierico. Sequitur: Turba autem inere, eos, vt tacerent. CHRYS. super Mattha. Videbant enim sordidas vestes, & non considerabant conscientiae claritatem. Ecce factus sapientia hominum: existimant enim iniuriam pati magnos, si a pauperibus honorentur. Quis enim pauper ausus est diuitem publice salutare? HILAR. Vel silentium non causa honoris exigitur: sed quod acerbe a caecis audiunt quod negabant, s. dominum esse Dauid filium. ORIG. Vel qui crederant increpabant eos, vt non apparearent eum contemptibili nomine filium Dauid, sed potius dicerent: Fili Dei mihi serere nostri. HILAR. Imitabantur autem magis veritatem quam conspectum, fides enim quando veratur, magis accenditur, & ideo in periculis securi est, & in securitate periclitatur. vnde sequitur: At illi magis clamabant. Misere, no. fili Dauid. Primo enim clamabant, quia caeci erant. Secundo magis clamabant, quia vtabantur ad lumen accedere. CHRYS. in Hom. Christus autem permittebat eos verari, vt plus eorum desiderium appareret. Hinc autem discere, quoniam si abiecti fuerimus cum studio accedentes ad Deum, per nos ipsos assequemur quod petimus. Sequitur, Et stetit Iesus, & ait: Quid vultis? HIERO. Ideo autem stetit Iesus, quia caeci quo pergerent ignorabant. Multe foerant in Hierico, multae rupes, & praeperta in profundum vergentia, iccirco dominus stat, vt venire possint. ORIGE. Vel Iesus non pertransiit, sed stat, vt stante eo, non transiit beneficium, sed quasi de fonte stante misericordia defluat vsque ad eos. HIERO. Vocari autem iubet ne turbe prohibeant, & interrogat quid velint, vt ex responsione eorum manifesta debilitas appareat, & virtus ex remedio cognoscatur. CHRYS. super Mattha. Vel interrogabat propter fidem, vt dum caeci Christum filium Dei confitentur, confundantur videntes, qui cum tantum hominem putant. Dominum quidem Christum vocauerant, & verum dixerant. Sed dicentes filium Dauid, dissipabant quod bene confessi sunt: nam abusu & homines domini dicunt, vere autem nemo dominus, nisi Deus. Cum ergo dicitur: Domine fili Dauid, abusu Christum secundum hominem honorant: Si autem solummodo dominum dicerent, deitatem confiterentur. ideo interrogat: Quid vultis? Tunc illi iam non dixerunt: Domine fili Dauid: sed tunc dicitur: Sequitur, n. dicitur illi: Dne vt aperiantur oculi nostri. Filius enim Dauid caecos illuminare non potest, filius Dei potest. Quamdiu ergo dixerunt: Domine fili Dauid, suspensa est sanitas: mox autem vt dixerunt domine, insula est sanitas. Sequitur enim, Miser autem eorum Iesus teci. ocu. eo. & confes. vide. Terigit autem vt homo carnaliter, sanauit vt Deus. HIERO. Praestat enim artifex quod natura

Hom. 67. Lib. 2. c. 6. Tracl. 13. Serm. 10. Lib. 1. c. 28. CAP. XXI. EMIGIVS. Narrat superius Euangelista dominum egressum a Galilaea, & cepisse ascendere Hierosolymam. Postquam ergo narrauit quid in via gesserit, incepta intentione perseverans dicit, & cum ap-

natura non dederat, aut certe quod debilitas tulerat, misericordia donat. CHRYS. in Hom. Hi autem sicut ante donationem fuerunt perseverantes: ita & post donationem non fuerunt ingrati. CHRYS. super Mattha. Bonum enim munus obtulerunt Christo sanati. Sequitur enim: Et secuti sunt eum. Hoc enim Deus te requirit secundum prophetam, & ait: Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum. CAPVT XXI. T cum appropinquasset Hierosolymis, & venisset Betphage ad montem oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis: Ite in caestellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicens: Dicite filiae Syon, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedes super asinam, & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut pcepit illis hominum, nam & peccatorum condicio quidem, sui sunt, voluntate autem sua, diabolus. CHRYS. in Hom. Neque paruum. n. existimes quod factum est, quis enim suavit dominis iumentorum non velle contradicere, volentes filere & concedere, & in hoc discipulos erudit, quoniam poterat & Iudaeos prohibere: sed noluit, sed & docet vt quodcumque petrum fuerit daretur, si enim qui ignorabant Christum: ita concesserunt, multo magis discipulos conuenit omnibus dare, quod autem dicitur: Et confestim dimittet eos. CHRYS. super Mattha. Intelligendum est, quod animal postquam ingressum est in Hierusalem, ad dominum suum remissum est a Christo. GLO. Vel dominus iumentorum confestim dimittet eos in domini seruitio mancipandos. Adhibetur autem huic facto Prophetae testimonium, vt appareat dominum omnia, quae de ipso scripta erant, impleuisse, sed invidia caecos Scribas & Phariseos, ea quae ipsi legebant intelligere noluisse, & ideo sequitur: Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetae Zachariam. CHRYS. super Mattha. Sciens enim Propheta malitiam Iudaeorum, quia contradicere erant Christo ascendenti in templum, praemonuit, vt per hoc signum cognoscerent regem suum dicens: Dicite filiae Syon. RABA. Filia syon historialiter dicitur Hierusalem ciuitas, quae sita est in monte syon. mystice autem est Ecclesia fidelium, pertinens ad supernam Hierusalem. CHRYS. super Mattha. Ecce, ostendit verbum, idest non carnali aspectu, sed spiritali intellectu opera virtutis eius aspiciet. Ante tempora quidem multi dicebant. Ecce, vt ostenderent, quia ille de quo loquebatur antequam nasceretur, iam erat Rex tuus. Cum ergo videritis eum, nolite dicere: Non habemus regem, nisi Caesarem. Venit tibi. Si intellexeris, vt saluet te, si non intellexeris, sed vt propter mansuetudinem amaretur. vnde non sedet in curru aureo praetiosa purpura fulgens, nec ascendit super feridum equum discordiae amatorem & litis, sed super asinam tranquillitatis & pacis amicam. vnde sequitur: Sedes super asinam & pullum filium subiugalis. AVGV. de Con. euang. In hoc autem testimonio prophético, aliquanto diuersa est euangelistarum locutio. hac enim Matthaus sic adhibet, vt asinam dicat commemorasse Prophetam, non autem ita se habet, vel quod Ioannes interponit, vel codices Ecclesiasticae interpretationis. 70. Cuius rei causa mihi videtur, quod Matthaus Hebraea lingua perhibetur euangelium conscripsisse. Manifestum est autem interpretationem illam, quae dicitur 70. in nonnullis aliter se habere quam inueniunt in Hebraeo, qui eam linguam nouerunt, & qui interpretati sunt singuli eosdem libros Hebraeos. Huius autem distantiae causa si quaeratur, nihil probabilius estimo quam eos 70. illo spiritu interpretatos, quo & illa quae interpretabantur dicta fuerant, quod ex ipsa eorum mirabili, quae praedicatur confessione firmatum est, ergo & ipsi nonnulla in eloquio variando, & voluntati Dei, cuius verba erant non credendo, nihil aliud demonstrare voluerunt, quam hoc ipsum quod in Euangelistarum concordia, quadam diuersitate narratur, qua nobis ostenditur non esse mendacium, si quisquam ita diuerso modo aliquid narret, vt ab eius voluntate, cui consentiendum est non recedat, quod noscitur, in moribus vtile est propter cauenda mendacia, & ipsi fidei ne putemus quasi confectis sonis, ita muniri veritatem tanquam Deus nobis, quem admodum ipsam rem, sic verba quae propter illum sunt dicenda commendat, cum potius ita res sermonibus proferatur, vt istos omnino, quare non

propinquasset Hierosoly. & venisset Betphage. Betphage vicus fuit Sacerdotum, situs in latere montis oliueti, distans vno miliario a Hierusalem. Sacerdotes enim, qui per certos dies in templo deseruebant, complero officio vicis suae, illic diuertebant ad manendum. amiliter & illi qui accipiebant officium illud diuertebat, quia praecceptum fuit in lege, vt nullis diebus sabbatorum, plus quam mille passus incederet. ORI. Vnde & interpretatur Betphage maxillarum domus, quoniam maxilla propria erat pars Sacerdotum in lege. Sequitur: Tunc Iesus misit duos discipulos. CHRYS. super Mattha. Non dixit discipulis dicens: Dominus tuus his opus habet, vel intelligant, quia ipse, si solus dominus, non solum animalium, sed omnium

Tracl. 14. Hom. 67.



re non debemus, si rem sine his posse possimus, sicut illam non...
Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & cum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: Alij autem cedebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbe autem, quae precedebant & quae sequebantur, clamabant dicentes, Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in altissimis.

lorum requies. Per castellum enim, quod contra Apostolos erat, mundus iste designatur, contra Apostolos enim erat, nec lumen doctrinarum volebat accipere. R. E. M. I. Dominus ergo de monte oliuati discipulos misit, quia de primitiua ecclesia...
Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & cum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: Alij autem cedebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Turbe autem, quae precedebant & quae sequebantur, clamabant dicentes, Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in altissimis.

prophetantes de Christo venturo, clamauerunt, hi autem laudantes, clamant de aduentu Christi adimpleto.
b. HIERO. Introeunte Iesu cum turba, tota hierosolymorum ciuitas commouetur, mirans frequentia, neciens virtutem. vnde dicitur: Et cum intrasset Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? CHRYSO. super Mattha. Merito autem commouebatur videntes rem mirabilem, homo laudabatur quasi Deus: sed Deus laudabatur in homine. Puto autem, quod nec ipsi qui laudabant, sciebant quid laudabant: sed spiritu subito ingressus in eos, veritatis verba fidebat. ORIGEN. Sed & quando intrauit Iesus Hierosolymam veram, admirantes virtutes caelestes, dicebant: Quis est iste rex glorie? HIERO. Alijs autem vel ambigenibus vel interogantibus, nisi plebecula confiteatur, vnde sequitur: Quae turba dicebat: Hic est Iesus propheta a Nazareth Galilee. R. A. B. A. Notandum autem, quod hic introitus eius in Hierusalem fuit ante quinque dies Paschae. Narrat. n. Ioannes, quod ante sex dies Paschae venerit Bethania, & in crastinum asino sedens, venit in Hierusalem, vbi notanda est concordia non solum in rebus, sed etiam in temporibus veteris & noui testamenti. Decima. n. die mensis primi, agnus qui in pascha immolaretur, domum introductus iussus est, quia & Dominus decima die eiusdem mensis, hoc est ante quinque dies Paschae, ciuitatem in qua pariter erat ingressurus. Sequitur: Et intrauit Iesus in templum dei. CHRYSO. super Mattha. Hoc erat proprium boni filij, vt ad domum curreret patris, & illi honorem redderet, & tu imitator Christi factus, cum ingressus fuisset in aliquam ciuitatem, primo ad Ecclesiam curras. hoc etiam erat boni medici, vt ingressus ad infirmam ciuitatem saluandam, primum ad originem passionis intraret: nam sicut de templo omne bonum egredietur: ita de templo omne malum procedit. n. Sacerdotium integrum fuerit: tota Ecclesia flores, si autem corrupti fuerit, tota dies marida est. sicut. n. cum videris arborem pallentibus folijs, intelligis quia vitium habet in radice, sic cum videris populum indisciplinatum: sine dubio cognosce, quia sacerdotium eius non est sanum. Sequitur: Et eiiciebat omnes vendentes & ementes. HIERO. Sciendum quidem est, quod iuxta mandata legis in venerabili toro orbe templo Domini, & de cunctis penes regionibus, Iudaeorum illuc populo confluentem, innumerae immoderantibus hostijs, maxime festis diebus, taurorum, arietum, hircorum, pauperibus, ne absque sacrificio essent pullos columbarum, & turtures offerentibus. Accidebat autem, vt qui de longe venerant victimas non haberent: excogitauerunt igitur Sacerdotes quo praeda de populo facerent, & oia aialia quibus opus erat ad sacrificia venderent, & vt venderent non habebant, & vt ipsi rursus empti susciperent. hac ergo stropham, i. fraudem se in diuersa vertete crebra venientiu inopia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias no haberent: sed nec vnde emerent. Posuerunt itaque nummularios, qui mutuum sub cautione darent pecuniam: sed quia erat lege perceptum, vt nemo vfuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia fenestrata, hoc commodi nihil haberet, & interdum perderet sortem, excogitauerunt & aliam technam, vt pro nummularijs collibylas facerent. cuius verbi proprietatem Latina lingua non exprimit. Collibyla dicuntur apud illos, quae nos appellamus tragemata vel vilia munuscula. Verbi gratia, frixi ciceris, vuarumque passaram, & poma diuersi generis. Igitur quia vfuras accipere no poterant, collibylas pro vfuris accipiebant varias species, vt quae in nummo non licebant, in his rebus exigerent, quae nummis coemuntur, quasi non hoc ipsum Ezechiel predicauerit dicens. Vfuram & superabundantiam non accipietis. Istiusmodi dominus cernens in domo patris, negociationem seu latrocinium ardore spiritus concitatus, tantam hominum multitudinem emere de templo. ORIGEN. In quo non debent vendere & emere: sed orationibus tantum vacare qui congregantur quasi in domo orationis. vnde sequitur: Et dicit eis: Scriptum est. In Isai: Domus mea domus orationis vocabitur. A. V. G. in Regula: Nemo ergo in

oratorio aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde & nomen accepit. Sequitur: Vos autem fecistis illam speluncam latronum. HIERONYMVS. Latro enim est, & templum Dei in latronum conuerit speluncam, qui lucra de religione secatur. Mihi autem inter omnia signa, quae fecit dominus, hoc videtur esse mirabilius, quod vnus homo, & illo tempore contemptibilis, tantum vt postea crucifigeretur, Scribis & Phariseis contra se sententibus, & videns cibum lucra sua destrui, potuerit ad vnus flagelli verbera tantam citere multitudinem. Igneum enim quiddam atque sydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. A. V. G. V. S. T. Lib. 2. c. 6. de Con. Euang. Manifestum autem est, hoc non semel, sed iterum a Domino esse factum, sed primum commemoratum est a Ioanne, hoc autem vltimum a ceteris tribus. CHRYSO. in Homil. In quo maior est accusatio Iudaeorum, quoniam cum bis hoc idem fecisset, morabantur tamen in sua dementia. ORIGEN. Mystice autem templum Dei, est ecclesia Christi. Sunt autem multi in ea, non sicut decet viuentes spirituales, sed secundum carnem militant, qui domum orationis de lapidibus viuus constructam, faciunt speluncam esse latronum actibus suis. Si autem oportet tres species eccliae a templo cauti exponere, possumus dicere: Quicumque in populo Christiano ad nihil aliud vacant, nisi circa emptiones & venditiones, rariis autem in orationibus permanent, vel in alijs actibus relictis, ipsi sunt vendentes, & ementes in templo Dei. Diaconi qui non bene tractant Ecclesiarum pecunias, & diuites sunt de rebus pauperum, ipsi sunt nummularij, pecuniarum mensas habentes quas Christus euerit. quod autem mensas Ecclesiarum pecuniarum diaconi praestant, docemur in Actibus Apostolorum. Episcopi autem qui tradunt Ecclesias quibus non oportet, ipsi sunt qui vendunt columbas, id est gratiam Spiritus sancti, quorum cathedras Christus euerit. HILARIVS. Iuxta simplicem enim intelligentiam columbae non erant in cathedris: sed in caueis: nisi forte columbarum infirmos sedebant in cathedris, quod absurdum est, quia in cathedris magistrorum magis dignitas indicatur, quae ad nihilum redigitur, cum mixta fuerit lucris. Obserua etiam propter avaritiam Sacerdotum aeterna Dei, nummulariorum mensas appellari. Quod autem de Ecclesijs diximus, vniuersumque de se intelligat. dicit enim Apostolus: Vos estis templum Dei: non sit ergo in domo pectoris vestri negotatio, non donorum cupiditas, ne ingrediat Iesus iratus & rigidus, & non aliter munder templum, nisi flagello adhibito, vt de spelunca latronum, domum faciat orationum. ORIGEN. Vel in secundo aduentu eiiciebat, vel euerit quos inuenit in templo Dei indignos. CHRYSOSTO. super Mattha. Ideo etiam nummulariorum mensas euerit, quod significat, quod in templo Dei, non debet esse nummi, nisi spirituales qui Dei habent imaginem, non qui portant imaginem terreni. Cathedras vendentium columbas euerit, loquens ipso facto quid faciunt in templo multae columbae venales, ex quo vna columba gratuita, descendit in templum corporis mei. Quod autem turbe verbis clamauerunt, Dominus factis ostendit. vnde sequitur: Et accesserunt ad eum caeci, & claudi in templo, & sanauit eos. ORIGEN. In templo enim Dei, id est in Ecclesia non sunt omnes videntes, neque recte ambulantes, sed qui ex eis intelligunt, quia nullus est opus, nisi Christi vt sanentur accedentes ad verbum Dei sanentur. REMIGIVS. Quod autem in templo sanantur, significat quod homines non nisi in Ecclesia sanari possunt, cui data est potestas ligandi atque soluendi. HIERONYMVS. Nisi autem mensas nummulariorum subuerisset, cathedrasque columbas vendentium, caeci & claudi lucem pristinae, & concitum gradum in templo non meruissent recipere. CHRYSO. in Hom. Principes autem Sacerdotum, neque ita perfruebantur: sed ex reliquis miraculis, & praecognitionibus eum extolentibus indignabantur. vnde sequitur: Videntes autem Principes Sacerdotum HIERO. Cum enim manum non audeat in eum iniicere sacerdotes, tunc opera calumniantur, & testimonium populi atque puerorum qui clamabant: Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine dñi, quod videlicet, hoc non est, nisi filio filio Dei. Videant ergo Episcopi, & quilibet sancti homines, cum quanto periculo dici sibi ista patiantur. si vero dno cui hoc dicitur. Cat. Aur. S. Thom. K batur,